



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Oblatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

O B L A T I O .

*Pf. 115.
8.
August.
Medit.
cap. 39.*

SED quid retribuā
Domino pro omni
bus quæ retribuit mi-
hi? Scio, Domine mi
Rex, quia ex hoc quòd
me fecisti, debeo tibi
me ipsum: & quia me
redemisti, & pro me
homo factus es, deberē
tibi plusquam me, si
haberem, quantò tu
maior es, pro quo de-
disti te ipsū. Ecce nec
plus habeo, nec quod
habeo dare tibi possū
fine

sine te. Sed accipe me
tu, & trahe me ad te vt
tuus sim imitatione, &
dilectione, sicut tuus
sum cōditione, & crea-
tione. Tuum, Domi-
ne, sit totum id quod
vivo, & totus totum
me tibi offero. Totus
spiritus, totum cor, to-
tum corpus, tota vita
mea vivat tibi, vita
mea dulcis: quoniam
totum me liberaſti, vt
totum me possideres:
totum me refecisti, vt
totum me rehaberēs.
Diligam te igitur, Do-
mine, virtus mea. Di-

E 4 ligam

104 *Die Dominica*

ligam te, ineffabilis
exultatio mea, & vi-
uat iam non mihi, sed
tibi tota vita mea: quæ
perierat in miseria
mea, resuscitata est in
misericordia tua, qui
es Deus misericors, &
miserator, & multæ
misericordiæ in millia
his, qui diligunt nomen
tuum.

P E T I T I O .

*S. Aug.
Soliloq.
lib. I*

DEus pater verita-
ritatis, pater sa-
pientiæ, pater veræ sū-
mæ-